I. PETRI MOLIGNATI
I.C. VERCELL. CELEBERRIMI

De Reconuentione tractatus,
Pars Vnica,

OMNIBVS IN FORO VERSANTIBVS
perutilis & neceſſarius.

Acceſſit omnium qq. Index locupletiſſimus.

Ad Illuſt. & grauiſs. Viros Aſcanium, & Auguſtum Cęſarem
Cipellorum Familię fratres amantiſs.

VERCELLIS. M.D.XCII.
Apud Franciſcum Pellipatium, & Franciſcum Bonatum.

AD PRAESTANTISSIMVM D. IO. Petrum Molignatum Iureconſultum

I. C. S. epigramma.

Vt tellus fęcunda nouos fert vbere fructus
Atq; ferax partu plenius ipſa ſuo eſt.
Sic, Petre, multiplici, tu Mollignate, videris
Editione magis fertilis eſſe tua.
Perge tuis ditare libris fora; mortis aduncam
Sic falcem temnes tempus in omne vigens.
Sic te Poſteritas merito laudabit honore,
Nec tua lethęas fama ſubibit aquas.

ILLVSTRIBVS, ET magnanimis viris

Aſcanio, & Auguſto Cæſari Cipellorum Familiæ Fratribus amantiſsimis,

Io. Petrus Molignatus I. C. Vercellen. S. D.

CLARISSIMAM ſemper Cipellorum familiam fuiſſe, non ſolum antiquitate, & generis ſplendore, ſed etiam Illuſtri maiorum laude, rebuſq; pręclarè geſtis ampliſsimam, quis ignorat? Eius namq. ſplendor, non longe ante hęc tempora, à Ioãne primùm (vt cœteros omittamus) pręſtãti prudentia viro, patrię parente optimo; Principis, ciuiumq. ſuorum amãtiſsimo non mediocriter auctus, longè, lateq. patuit. Noſtra vero tempeſtate, duobus fratribus Aſcanio, & Cæſare Auguſto, ſingulari virtute, cum honeſtate coniuncta, florentibus, ac potentiſsimis Sabaudiæ Ducibus, Eman. ſcilicet Philib. & Carolo inuictiſsimo gratioſis, illuſtrata eorum familia, quàm vnquam maximè enituit. Quorum ego laudibus commotus, cum opuſculum hoc, diligenti (vt arbitror) ſtudio lucubratum, in lucem edere, & poſteritati commendare cuperem, ſed cũ ancipiti ſimul cogitatione diſtraheret animus, ſub cuiuſnã potiſsimum inſcriptione illud emitterem, cuius veluti præſidio, ab improborum ſermonibus vẽdicaretur, nullum certe firmius, ac tutius mihi in mentem venit, quam ſi veſtro patrocinio tectũ, liberè in medium conſpectumque omnium proferretur. Quare hunc vigiliarum noſtrarum fœtum, meæ erga vos obſeruantiæ indicem, vobis dicandum exiſtimaui, vt incultũ veſtris ornamentis excoleretur. Hoc igitur munus, non ab illiberali animo profectum, ſuſcipite, honeſtiſsimi viri, humile quidem, ac tenue, ſed illa, quæ in vobis clariſsimè elucet humanitate, atq. auctoritate ampliſsimũ. Quod ſi grato animo accipietis, illud etiam aſſequemini, vt veſtris ſtudiis excitatus, ad maiora animum intendam, quibus, & veſtra in me officia amplificentur, & noſtra vehementius acuatur induſtria. Valete.

INDEX QQ.
totius huiuſcè corporis.

Q. 1 QVID ſit Reconuentio.
2 Quotuplex ſit reconuentio.
3 Quo iure, & quare fuit inducta poteſtas reconueniendi.
4 An reconuentio veniat appellatione conuentionis.
5 An iudex poſſit aſſignare terminũ ad recõueniẽdũ.
6 Reconuentio an dicatur exceptio compenſationis.
7 An actor recõuentus poſſit reũ iterum reconuenire.
8 Reconuentio an ſit ſpecies exceptionis.
9 An reconuentio tollatur per exceptionẽ incõpetentiæ.
10 An reconueniens videatur fateri debitum.
11 Reconuentus an poſſit recuſare iudicẽ ſuſpectum.
12 Quid ſi iudex non admittit reconuentionem, vel negligit ſuper ea procedere.
13 An ſi reus non vult ſtatim reconuenire teneatur ſatiſdare, quod in futurum defendet dominum in cauſa reconuentionis.
14 An in cauſa reconuentionis neceſſario dandus ſit libellus.

AD LAVDEM DEI Omnipotentis,

AC BEATAE VIRGINIS MARIAE.

Vtilis eſt practicabilis materia reconuentionis Igitur.

AGREDIOR expectatiſsimum opuſculum de reconuentione quod cuidam D. mihi colendiſsimo pollicitus ſum, dùm per eundem plurima excitarentur, quę cauſam cogitationis preſtabant, ſcituq; digna reperta fuere, ad quorum reſponſionem. Et ſi plura fuerint tractata ab aliquibus doctoribus; non tamen ad plenum; quin. Et nona quæſita extrà faſcem redigenda inuenerim: Et licet mihi aliquod ſtudium arbitratus fuerim; non tamen deficiet aliis occaſio nouiter addendi cum ſatis ſit vulgatiſsimum illud omnium habere memoriam, Et penitus in nullo peccare, diuinitatis potius, quam mortalitatis eſſe, vt inquit imperator in. l. 2. in. §. ſi quid autem. C. de veter. iur. enuc. Et burſ. in conſ. 278. nu. 2. gloſ. in Verbo nó credamus ext. de confirm. vtil. Vel inuti.

nec

REGISTRVM,

† A B C D E F G H I K L M N.

OMNES SVNT
Duerniones.

VERCELLIS. M.D.XCII.
Apud Franciſcum Pellip. & Franciſcum Bonatum
Ex licentia Superiorum.